



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Charitatis i[m]pedime[n]ta sunt iij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Charitatis impedimenta sunt
quatuor.*

Superfluus amor sui . Signum autem quod quispiam superfluum sui amorem habeat , est , cum ea quæ ad dominum , & ad proximum suum spectant negligit , propria uero diligit , defendit , tueturque . Unde Gregorius dicebat . Plus deo amare se conuincitur , qui neglectis his , quæ eius sunt , propria tuetur . Idcirco admonet nos Paulus dicens . Nemo quod suum est querat , sed quæ Iesu Christi . Et ad Philippenses etiam ait . Non quæ sunt singuli considerantes , sed ea quæ aliorum , &c . Debemus autem superfluum amorem nostri fugere propter tria . Sed de hoc require in litera A . Vanus amor mundi , & hunc fugere debemus propter quinque . Sed de hoc require in litera A . Odium , & inuidia proximi . Unde Ioannes in sua Canonica dicebat . Omnis qui odit fratrem suum homicida est . Et Vgo de sancto Victore ait . Superbia aufert mihi dominum , inuidia proximum , ira me ipsum . Augustinus etiam dicit . Tolle inuidiam & tuum est quod habeo . Et generali-

Greg.

1. Co. 10

Phil. 2

Regu A

1. Ioã. 3

Vgo de Sancto Victore. August.

CHRISTIANA

ter damnabilis offensa dicitur . omne enim peccatum mortale aduersatur charitati in quantum a deo diuidit hominem . Vbi non est charitas , ibi non est Deus . Vnde Esa . dicebat . Iniquitates uestrae diuiserunt inter uos , & deum uestrum . Vbi uero charitas , ibi amor & Deus .

Esa. 70.

Charitas oritur ex quatuor.

Primo , ex re . Quemadmodum dicit S. P. Augustinus . Sicut leuata introducit filium , ita timor charitatem . Secundo ex charitatis distributione , ut idem Augustinus ait . Charitas cum redditur in homine , crescit in homine , & tanto magis acquiritur , quanto pluribus redditur . Tertio ex spe , & gaudio promissorum , uelut idem Pater Augustinus inquit . Spes de promissis , & gaudium de promijs , faciunt amorem dei , & proximi . Quarto ex contemptu terrenorum , uelut Augustinus idem asserit . Cum homo nulla terrena desiderat , nihil est quod eius erga proximum charitati contra dicat .

Auguf.

Auguf.

Auguf.

Auguf.

Charitas